proemio laudationis Helenes quam apud Iso-
cratem habemus, nam ornatus ille adhibetur
causis externis, et illis quam parum dignitatis
in se habent, ne oratio quasi corpus quoddam sine capite
esse videatur, quemadmodum Isocrates fuit qui
in laudanda Helene redarguit sophistas qui
in rebus obscurissimis et monstrosis aetatem
tererent eam quae vero utilitatem haberet negligerent quae
ad vitam et ad mores maxime utilis videretur
haec non oratio, et siqua alia est eiusdem
generis ad pompam et ornatum adhibetur principium
cuius quid non habet commune cum sophistis Helene.
sed adhibetur ut paulo ante diximus ne oratio
quasi quoddam corpus est sine capite carere
videatur, itaque Arist. 3° rhet. in se opere redarguit
Gorgiam Leontinum qui in laudanda Helide urbe
Arcadiae nullo proemio usus incipit abrupte
Ἦλις πόλις εὐδαίμων. hoc itaque possum affirmare
ut a re redeat huiusmodi ornatum non esse in hoc
proemio, sed ut possum affirmare hoc, etiam illud
quod est ornatissimum esse hoc proemium prius illo
ornamentum de quo Cic. in 3° de or. his verbis